



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Hieronymi Dandini Cæsenatis E Societate Iesv De Corpore  
Animato Lib. VII.**

**Dandini, Girolamo**

**Parisiis, 1611**

Dig. 13. De fide & assensu quædam, ad tex. com. 57.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-95641](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-95641)

rellectum intellectus operationem. Posterior A de singulis speciebus ac partibus generis; nec scientiam esse, nec intellectum, nec opinionem.

Phan- Nunc porro opinionem non esse, ita demon- rasi- strar. Opinioni semper adiuncta est fides eam que opina- ybique comitatur; & que habent opinionem, habent & fidem & assensum. Bestiis nupiam inest fides: neque igitur opinio inest. At in permultis est phantasia: phantasia igitur opinio non est. Vel aliter, vt Auerroës dedit: est non opinionem, sed existimationem; non *de se*, sed *de aliis*, is legat. Opinionem sequitur fides; si phantasia igitur est opinio, quidquid imaginatur quidpiam, fidem habet; bestiæ permultæ imaginantur, nec tamen habent fidem: phantasia igitur opinio non est. Poterat sane non in multis modo, sed & in omnibus dici phantasiam aliquam imperfectam & indeterminatam esse, vt antea definitum est. Sed maluit philosophus (permultis) dicere. Quod nec in omnibus manifesta sit & ex operatione conspicua; neque nunc de quauis, sed de sola perfecta sermo esset; quam formicis, apibus, ac vermibus inesse negauerat.

Sane hoc argumenti genere vsus quoque est, vbi phantasiam sensum non esse ostendit. Quippe tertium hoc erat demonstrationis argumentum. Sensus animalibus omnibus inest; phantasia non omnibus; phantasia igitur & sensus idem non sunt. Eodem nunc modo argumentatur. Phantasia aut omnibus, aut certe perfecta illa, de qua nunc agimus, compluribus inest animalibus; opinio proflus nulli: phantasia igitur opinio non est.

Opinionem verò bestiis non inesse, altera hac rationatione colligit. Opinionem fides comitatur semper; cum fieri nequeat, vt quis non assentiatur is, que opinatur creditque ita esse: immò nil aliud dixeris esse opinari, quam credere ita esse cognitioque assentiri tanquã vero. Quam ob causam hæc non tam probatio, quam explicatio existimari potest. Aut si probatio sit, ea ex genere sumpta est. Nam fides seu assensus, quo credimus ita esse, aut necessaria ratione, aut probabili vel apparenti argumento, aut demum dicentis auctoritate, que fide digna sit, comparatur. Quare comparatione scientiæ, opinionis, & erroris, veluti genus est. Et vt hominem dicimus sequi animal, Quoniam ab homine ad animal argumentati licet; si homo est, ergo animal est: sic opinione dicitur sequi semper fides; quia si opinio est, colligi potest & fidem esse. Jam in irrationalibus bestiis fides non inest; quia hæc ratione, qua illæ carent, comparatur. Neque igitur inesse opinio potest. Quod si eas quoque dixeris habere fidem, quia persuadentur; vt cum mansuescunt & domantur, & equus domitoris flagellum timet eique pareat; & serpens adiuratus sese in igne conijcit. Respondet Philoponus persuasionem ratione constare, & ideo in irrationalibus bestiis nequaquam eam inesse. Sed serpentem quidem inuitum à dæmonibus adiurationis vim pertimescentibus in ignem conijci: reliqua verò assuetudine quadam, non persuasionem mansuescere ac domari. Sic equus flagellum sæpè expertus timet eique parere assuevit. Verum hoc sine phantasia, memoria, & experientia multa constare nequit. Et in præmio Metaph. Aristoteles ipse animalia quadam tradidit, quod phantasias & memoriis viuunt, disciplinæ capaciora esse, quam cætera.

Digestio XIII. De fide & assensu quadam.

Scigitur habeto. Opinio duabus omnino quasi *Dua argu- mentationis partes.* partibus constat; antecedenti superficialia solum & probabili cognitione, atque assensu ex illa genito, quem vocamus fidem. Sed quod est in opinione cognitio probabilis, hoc in scientia est argumentum necessarium, in errore apparet & speciosa ratio; ac demum in ea, quam speciali voce vocamus fidem, siue humanam, siue diuinam, dicentis auctoritas. Quibus omnibus, dum accedit assensus qui generaliori vocis vsu fides nunc ab Aristotele appellatur; hæ ipsæ cognitiones non minus, quam opinio, duplici item parte constant: altera veluti generali & cum cæteris communialtera vt specialiter & sibi propria. Antecedens cognitio, qua vim habet causæ & argumenti, propria & specialis singularum est; consequens autem communis omnibus & veluti effectus: tamen vt ex tali antecedente causa deducitur, certæ speciei sit, causæ suæ persimilis: assensus inquam probabilis, certus, aut alterius modi.

Ex quo quatuor planè intelligentur. Primum, fidem duplici acceptione nominari. Generali vna, qua assensum omnem significat. Altera speciali, qua assensus ille intelligitur, qui dicentis auctoritate nititur. Vt enim rationi necessariæ aut probabilis apparenti assentimur; quod verum aut concludant aut concludere videantur: ita dicenti quoque, qui fide dignus sit aut habeatur, planè acquiescimus; quod non nisi verum ab eo proponi nobis credamus: siue Deus ille sit, siue homo. Hinc duplex existit fides, diuina & humana. Hæc inferior scientia, quod facilis homo mentiri & errare, quam necessaria ratio, possit. Illa omni scientia melior ac certior: quod prima veritas Deus omni ratione creata, quantumuis necessaria, veracior sit ac certior.

Alterum, assensum, quem *Assensus intellectus actus.* Græci dicunt, non voluntatis, vt quibusdam visum est, sed intellectus actum esse. Tum quod vt assensus & approbatio effectus rationationis est & quasi partus, atque ad conclusionem pertinet: sic eius facultatis sit oportet, que ratiocinatur, queque cum ratiocinando producit: Tum quod assentiri & approbare cognitione constat & iudicio, velut adhesio vero cognito, cognitio autem intellectus est, non voluntatis. Assensus item certus est aut probabilis. Et aut propter rationem, aut propter auctoritatem assentimur. Assentimur autem non bono, sed vero. Bonum enim amamus & desideramus, verum assensu approbamus, quem simpliciter veritatis sedem appellat.

Tertium duas ob causas verè fuisse dictum ab *Opinio vt fide sequatur.* Aristotele, opinionem sequi fidem. Tum natura, quia effectus est antecedentem consequens cognitionem & ex illa productus. Tum deductione: quia veluti genus est cum scientia, errore, & fide specialiter dicta commune, & si opinio est, verè sequitur assensum & fidem esse.

Quartum & vltimum, efficaci proflus argumento demonstratum hoc loco fuisse, opinionem in bestiis non esse. Quippe nec opinio est sine fide, nec in bestiis fides esse potest, in bestiis quibus non est ratio, qua fides tota nititur.

CCCC

Opinio-  
nem rati-  
ocina-  
tione  
constare

Immo verò ratiocinatur Simplicius ne in intel-  
 lectu quidem eam esse, nisi qua parte ratiocinatur.  
 Nam ut sensum mittam, qui verè quidem cogno-  
 scit, dum obiectum ut est apprehendit: at verè co-  
 gnoscere se non percipit; quòd non in seipsum re-  
 deat, neque sensationem suam cõprehendat; sed cir-  
 ca exteriora solum occupatus foras totus se porri-  
 gat. Neque ea cognoscit, quia vera sunt; sed quia sen-  
 silia. Nec appetitus, qui eum sequitur, appetit illa  
 ut bona, sed ut suaui & iucunda. Intellectus, dum  
 in seipsum redit, ut intellectiõnem suam veram esse  
 agnoscat illique ut verè assensum præbeat; ratiocina-  
 tione sanè utitur suæque intellectiõnis cù re in-  
 tellecta comparatione, qua consentaneam illi eam  
 esse cognoscat. Alioqui vna quæque simplex intel-  
 lectio per se considerata veritatem quidem habet  
 veritatisque iudicium simplex & indiuiduum, qua-  
 le in sensu quoque reperitur. At non fidem eam &  
 assensum, de quo nunc est sermo: qui non simul sit  
 cum cognitione, sed eam consequatur. Ut intelle-  
 ctus cognitionem suam intelligens, aut rebus con-  
 formem, aut idoneo argumento, siue rationis, siue  
 auctoritatis eius, qui loquitur, subnixam; adhareat  
 illi planè & assentiatur. Vel certè si ex habitu ope-  
 retur, vno quidem & indiuiduo actu & verè intel-  
 ligit, & verè intelligere se affirmat. Sed is ex ante-  
 cedente pendet ratiocinatione; qua intellectus, qui  
 potestate erat, actu factus est & habitu. Quinetiã nõ  
 vna, sed duplici omnino ratiocinatione opus esse  
 videtur. Altera, qua necessarium aut probabile ar-  
 gumentum diiudicetur (quod analysi ferè assequi-  
 mur) aut etiam dicentis auctoritas statuatur: quam  
 aut ex ipsius natura, aut ex vitæ integritate, aut ex  
 aliorum hominum testimonio, aut demùm ex aliorum  
 ab eo dictorum inductione & experientia statui-  
 mus. Altera, qua nos verum tenere, siue necessarium,  
 siue probabile, intelligimus: quatenus necessaria  
 ratione vel probabili, aut dicentis auctoritate niti-  
 mur. Idque quod intellectui proponitur, ex ante-  
 cedenti illa cognitione deducitur.

TEXTVS.

Ἐπιπέση δὲ δόξῃ ἀκαλοῦσθαι πίστις, πίστις δὲ τὸ πιστῆσαι, πιστῆσαι δὲ  
 λόγος· ἢ τὸ διὰ τὴν αἰσίου φαντασία τὴν ἐπαγγελίαν, λόγος δὲ ὁ.

Præterea omnem quidem opinionem comitatur fides; fi-  
 dem autem persuasum esse, persuasionem verò ratio. Be-  
 stiarum autem quibusdam phantasia quidem inest, ratio  
 autem nequaquam.

COMMENTARIUS LVIII.

Illud (præterea) scitè inquit Philoponus, nouum  
 quidem videtur inducere argumentum, quòd ab  
 opinione differat phantasia. Non est tamè nisi prio-  
 ris argumenti confirmatio: qua id, quod acceptum  
 fuerat, bestiis fidem non inesse, ita ostendatur. Be-  
 stia non persuadentur: quæ non persuadentur, fidem  
 non habent: bestia igitur fidem non habet. Ut au-  
 tem bestias non persuaderi tandem probetur, ter-  
 tia addenda est ratiocinatio. Omnis persuasio ra-  
 tione constat, eaque sola persuasionem admittunt,  
 quæ ratione utuntur; bestia nullam habent ratio-  
 nis partem; non igitur persuadentur.

Bestiis  
demon-  
strasse.

A. Sanè si rem ipsam consideres, probatio hæc tri-  
 bus ratiocinationibus quasi vnus & eiusdem argu-  
 menti partibus optimè ac sapientissimè instructa  
 tibi fuisse videbitur. Nam cum fides opinione sit  
 prior, velut illius genus: & rursus persuasio fidei,  
 tanquam ad illam inducendam via & causa: ac de-  
 mum ratio persuasionem, ut illius ac cæterarum om-  
 nium principium primum & fons. Non solum tri-  
 plici hac ratiocinatione ordinem rerum seruat  
 philosophus: verum analysi quoque vtens vtque ad  
 primum & immediatum principium & causam de-  
 monstrationem optimam parauit. Quæ paucis ra-  
 colligitur. Quod opinatur, fidem habet: quod fidei  
 habet, persuasum est: quod persuasum est, ratio-  
 ne utitur: ergo à primo ad vltimùm, quod opinatur,  
 ratione utitur. Bestia omni ratione caret; opinio-  
 nem igitur non habet. At eadem phantasia valent, im-  
 mo & viuunt: phantasia igitur & opinio idem non  
 sunt. Quod si præclaram hæc demonstrationem  
 in duas argumentationes diuiseris; præterquam  
 quòd non minus posses, immò deberes in tres pot-  
 tius parti, cum triplex omnino ratiocinatio sit;  
 vtraque fuerit imperfecta: præsertim illa prior, quæ  
 ad primam & immediatam causam, quæ ratio est,  
 non resoluat. Et idèò adsumpta illa (bestiis fides nõ  
 inest) negari potuisset. Quod cum intelligeret phi-  
 losophus, integram & absolutam facturus demon-  
 strationem, tum eandem prioris ratiocinationis  
 propositionem primum repetiit; tum eam, quæ in-  
 definite accepta fuerat, (opinionem sequitur fi-  
 des,) generalem & vniuersalem fecit (omnem opi-  
 nionem comitatur fides.) Deinde ad primam vt-  
 que causam resoluens probationem totam absoluit.

Hoc nimirum particula illa (præterea) sibi vult.  
 Non enim argumentationem nouam significat, sed  
 prioris repetitionem cum ratiocinationibus reli-  
 quis, quæ ad illius confirmationem atque absolu-  
 tionem subiunguntur. Quemadmodum & in aliis  
 locis factum obseruabis. Quæ cum nõ satis obser-  
 uasset Simplicius, neque priorem ratiocinationem  
 imperfectam esse animaduerteret; prima illa dimi-  
 taxat, ni fallor, particula superatus, nouum hoc at-  
 que à priori diuersum argumentum esse pronuntia-  
 uit: eumque post S. Thomas sequutus est. Quæ duò  
 argumenta ita distinxit Simplicius, ut primum ex  
 fine alterum ex medio, seu gradu, qui est ad finem,  
 ductum sit. Illud ex fide, quæ finis persuasionis est:  
 hoc ex persuasionem ipsa, quæ ad gignendam fidem  
 medium est & via. Illud phantasia probauerit opi-  
 nionem non esse, quòd opinionem sequitur fides:  
 hoc autè, quòd opinio cum persuasionem sit. Quod  
 ipsum mihi quidem certè vnicum esse argumentum  
 hæcque posteriorem prioris esse absolutionem  
 ostendit. Quoniam vt via & medium ad terminum  
 & finem per se referuntur; sic persuasio ad fidem at-  
 que argumentum, quod ex persuasionem petitur, ad  
 ostendendum id, quod de fide dictum est; eam be-  
 stiis non inesse.

E. Non enim argumentationem nouam significat, sed  
 prioris repetitionem cum ratiocinationibus reli-  
 quis, quæ ad illius confirmationem atque absolu-  
 tionem subiunguntur. Quemadmodum & in aliis  
 locis factum obseruabis. Quæ cum nõ satis obser-  
 uasset Simplicius, neque priorem ratiocinationem  
 imperfectam esse animaduerteret; prima illa dimi-  
 taxat, ni fallor, particula superatus, nouum hoc at-  
 que à priori diuersum argumentum esse pronuntia-  
 uit: eumque post S. Thomas sequutus est. Quæ duò  
 argumenta ita distinxit Simplicius, ut primum ex  
 fine alterum ex medio, seu gradu, qui est ad finem,  
 ductum sit. Illud ex fide, quæ finis persuasionis est:  
 hoc ex persuasionem ipsa, quæ ad gignendam fidem  
 medium est & via. Illud phantasia probauerit opi-  
 nionem non esse, quòd opinionem sequitur fides:  
 hoc autè, quòd opinio cum persuasionem sit. Quod  
 ipsum mihi quidem certè vnicum esse argumentum  
 hæcque posteriorem prioris esse absolutionem  
 ostendit. Quoniam vt via & medium ad terminum  
 & finem per se referuntur; sic persuasio ad fidem at-  
 que argumentum, quod ex persuasionem petitur, ad  
 ostendendum id, quod de fide dictum est; eam be-  
 stiis non inesse.

TEXTVS.

Ἐπιπέση δὲ δόξῃ ἀκαλοῦσθαι πίστις, πίστις δὲ τὸ πιστῆσαι, πιστῆσαι δὲ  
 λόγος· ἢ τὸ διὰ τὴν αἰσίου φαντασία τὴν ἐπαγγελίαν, λόγος δὲ ὁ.

158. *Constat ergo, neque opinionem cum sensu, neque per sensum, neque opinionem & sensus complexiorem phantasia esse. Non propter hoc, non quia manifestum est, non aliam aliquam esse opinionem; sed illius est, cuius & sensus. Ex alia inquam opinione & sensu complexione phantasia non esse. Non enim ex opinione quidem boni, sensu autem albi. Apparet igitur esse opinari quod sentit, non ex accidenti.*

COMMENTARIUS. LIX.

**A**ristoteli satis non fuit phantasia probate nullum ex illis esse, quae fuerant commemorata: nec sensum inquam, nec scientiam aut intellectum, nec opinionem. Sed ut omni ex parte absolutio esset probatio, magisque phantasia natura cognosceret atque à ceteris distingueretur; voluit item ostendere plurimorum illorum complexiorem eam non esse. Scientiam tamen omisit & intellectum: quod cum cognitiones sint semper verae, nullam videntur cum phantasia per se posse fallam cognitionem habere. Opinione solum & sensu accepti aut quod Platonis ea esset sententia, ut Themistius, Philoponus, & Simplicius inquirunt: aut etiam opinionem, quod haec, cum vera sit & falsa, phantasia per similes est: sensum autem, tum quod est semper verus sit, circa sensibilia tamen phantasia quoque versetur; tum quod is in illius definitione ponendus erat, ubi non multo post phantasia definitur esse motus factus à sensu actu.

Ceterum tribus modis cogitare possumus phantasia opinionis & sensus complexiorem esse. Aut namque utrumque complectitur: aut opinione potissimum significat, cui sit adiunctus sensus: aut precipue sensus est, cui accedat opinio. Tertium hoc & postremum membrum pretermisissimum fuit, propterea quod tum quia sensus semper est verus, tum propter alias rationes superius allatas, phantasia manifestum est potissima sui parte atque ad eum essentialiter sensum non esse: potiusque ad opinionem, quae falsa item est, accedere videbatur. Quamquam superiores demonstrationes, quibus ostentum est, nec opinionem nec sensum phantasia esse, intelligens demonstrare quoque illorum complexum eam non esse: non accepit neque proposuit hoc demonstrandum tanquam dubium; sed ex antecedenti potius probatione tanquam manifestum deduxit; si non est sensus nec opinio, neque ite opinione esse simul cum sensu. Sive opinione esse cogites, quae per sensum operetur (hoc n. primum membrum ponit, quonia opinio similior est phantasia) sive a quae opinione & sensum velut utriusque complexum. Aut si tria libeat membra facere; opinionem cum sensu, opinionem per sensum, ac demum opinionis & sensus complexum: primum ait Philoponus esse, ut ex duobus efficientibus, quemadmodum sanitas à duobus medicis procurata: alterum velut ex vno efficiente & altero instrumento: tertium tanquam ex materia, ut mulfum ex vino & melle. Ego opinionem cum sensu libenter interpreto opinionem praecipue, quae comitem habeat sensum: opinionem per sensum, opinionem operantem per sensum aut à sensu causatam: & tandem tertium membrum, aequalè utriusque complexiorem. Primo modo antecedit opinio, sequitur sensus: altero sensus est prior, opinio posterior: tertio ambo simul existunt.

**A** nihil autem horum phantasia esse, ex his constat, quae demonstrata sunt: siquidem illud (propter haec) ad superiora refertur; non ad ea, quae subsequuntur. Nam si sensu non operatur operatur phantasia; si sensus semper est verus, phantasia semper medax; si opinio libera non est ut phantasia; ut ea erit, quae non sunt, fingere queat: si demum phantasia in illis inest, in quibus nulla esse opinio potest: perspicuum sane fuerit, non solum phantasia sensum aut opinionem non esse; sed ne horum quidem complexiorem qualemcumque significare; sineque sensu & opinione eam constare.

**B** Tum vero etiam hoc argumento manifestum eadem. Etenim opinionem & sensum circa idem verari oporteret; eamque opinionem, quam phantasia simul cum sensu significaret, non cuiusvis rei esse, sed illius ipsius, cuius est sensus. Si, n. est opinio adiuncta sensui, nimirum eiusdem rei sit oportet; ut albi. Quare opinio simul & sensus albi phantasia esse dicitur. Nullus quippe affirmaverit, ex vnus rei sensu & alterius opinione; ut ex sensu, quod Socrates sit albus; & opinione, quod sit bonus, coalescere phantasia: quonia de vno & eodem non esset. Quapropter apparere, hoc est imaginari & phantasia operari (haec n. est vis illius ut bi, *quidam*, quod

**C**ideo pro *quidam* positum fuisse dicit Philoponus) nil aliud erit, quam rem eandem opinari, quae sensu per se, non ex accidenti, percepta est: ut albi, quod per se aspectabile est. Quod aut ideò dixit, ut sensibilia per se; non ea, quae ex accidenti sentiuntur, ut substantiam, Cleonis filium in tex. 134. commemoratum; & bonum seu iustum, quod albo adiunctum est, significaret. Etenim phantasia circa sensata verari, accidentiaque, non substantiam, comprehendere; experitur in seipso vnusquisque, dum rerum imagines & simulachra format, colores, quantitates, figuram, & huiusmodi alia sibi effingendo; non item substantiam rerum intimam penetrando. Aut potius ut si illud sit phantasia, opinionem & sensum colligeret circa idem verari oportere: non ex accidenti, quatenus albo iustum aut bonum adiunctum est: sed per se, quatenus album est. Ita ut phantasia aut opinio sit & sensus albi per se, aut boni per se; atque vtraque haec operatio, tum opinionis, tum sensus, aut album aut bonum per se comprehendat.

**E** Hoc autem tanquam planè falsum in sequenti oratione redargui, haecenus ferè existimatum est: ita vnica constet ratio, qua Platonis ea sententia confutetur. Ego tamen non sine causa philolophum arbitror addidisse (non ex accidenti) & particulam (igitur) qua in argumentationibus concludendis vti consueuimus, apposuisse. Sed ut certissimo principio illo accepto, facultates obiectis constriui & distinguui, ad absurdum illud deduceret; ita fore, ut duae facultates diuersae circa idem obiectum per se versarentur: intellectus inquam, cuius est opinari; & sensus circa album aut bonum, quod imaginamur. Immo propterea etiam nominauit bonum, non intellectus, sed voluntatis obiectum proprium. Cum tamen intellectus circa intellectibile duntaxat & sensus circa sensibile per se versentur; neque alter circa alterius obiectum, nisi ex accidenti: sicut quando aspectu sentimus dulce, aut filium Cleonis cerimus. Quare ut in tex. 136. eodè illo principio vltus ad absurdum illud deducebat; fore ut eiusdè obiecti plures essent sensus: ita nunc vniversè magis deducit, plures futuras facultates. Paucisq; ita colligitur argumentatio.

CCCC ij

*Phantasia - sensum accidenti esse.*

Aut vnus rei opinio est, alterius sensus; aut eiusdem per se tum opinio, tum sensus. Si diuersarum sint rerum; profecto ex illis phantasia non constare manifestum est. Si eiusdem; duarum igitur facultatum vnum & idem per se obiectum fuerit. At facultates distinguuntur obiectis & proprium sibi habet vnaqueque obiectum: non est igitur phantasia opinionis & sensus complexio.

*Digressio xiv. Quorsum hæc philosophi disputatio pertineat, quidque Plato de Phantasia senserit.*

**Q**uod hoc loco ab Aristotele queritur, num phantasia opinionis & sensus complexio sit, propter Platonem disputari, cuius ea fuerit sententia; Græci omnes interpretes tradunt; & ipsiusmet Platonis verba confirmant, quæ totidem planè in Sophista leguntur. Sed Themistius verò Platonem sensisse phantasia nihil esse aliud, quàm cum sentimus quidpiam & ita esse opinamur; eamque sententiam vt falsam iure optimo ab Aristotele confutatam fuisse docuit.

Philoponus autem eum quidem hæc dixit aduersus Platonem disputasse, quasi is ita de phantasia senserit: Platonis tamen patrocinium duobus modis suscepit. Primum enim eum respondit re ipsa non existimasse ex opinionis & sensus permissione phantasia constare: verum ita loquutum de illa fuisse, vt inter opinionem & sensum mediâ & quasi vtrique conterminam eam esse significaret. Solent enim media ex extremis composita dici, quod simile & affine ambobus naturam habeant. Sic in Timæo quoque ex diuina & diuina substantia constare animam prodidit.

Altera Platonis defensio fuit. Cùm non proprie de phantasia, quæ à cæteris distincta facultas est, ita loquutum fuisse: sed phantasia appellasse falsâ & apparentia visa, quæ vera esse videntur. Nimirum vt Sophista, qui præfignator fuerat appellatus, quod circa non ens veretur; cauilium quendam dilueret; si circa non ens verfor, non ens igitur est. Diluit autem plures non entis acceptiones distinguens, inter quas ens falsum continetur, cuius vna species circa opinabilia est. Est enim opinio per se agens & sensus veri sint; cùm tamen opinio per sensum operatur, fallit: vt cùm remum in aqua cernens fractum esse opinatur. Atque huiusmodi falsum phantasia, hoc est apparentiam appellauit Plato ex opinione sensusque constantem. Hoc verò eo minus reprehendere debet Aristoteles, quod exilem ipsamet & obscurum sensum phantasia non multo ante appellauit.

Denique Simplicius non solum in Sophista, sed & in Philebo hanc ait à Platone expositam esse de phantasia sententiam. Quod an verum sit, iudicent alij. Næ ego de memoria, non de phantasia in Philebo sermonem esse reperio; quo ex sensu & memoria opinio in nobis dicitur nasci. Quod autem ad rem præsentem attinet, tantum abest, vt Aristotelem putet Simplicius Platonis illam de phantasia sententiam hoc loco reprehendisse; vt eum potius interpretatum illam fuisse scribat. Non inquam ita intelligendâ esse, vt antecedit sensus, sequatur opinio; neque vt simul operentur, operationes tamen non permisceantur. Verum ita, vt simul concurrentes tam aptè cõplicentur, vt vna communis vtriusque actio confectur. Non vtriusque refractione & secundam partem corruptione: quoniam hæc corporum

**A** mistio est. Neque vnus per aliam totam permutatione, integra manente vtraque; aut alio quouis modo. Sed nature extremorum participatione, quæ in mediis vel simplicibus esse solet. Sic enim ipsemet Aristoteles in libro de sensu & sensibili alij; in locis colores intermedios dixit ex extremis albo & nigro fieri. Qui tanta ex iisdem principiis perspicuitate, opacitate, & lumine, existit, ex quibus nascuntur extremi. Neque albedo & nigredo qualitates sunt ad vicissim agendum comparatæ; vt actione mutua & passione permisceri ac mediis colores procreare possint.

**B**Ego verò Platonem non dubito phantasia intellexisse velut vnâ & simplicem facultatē à sensu & opinione distinctam atque inter vtrâque mediam. Neque enim aut tam parum sapiens, aut tam mæ viribus & actionibus separandis tam parum occupatus fuisse credendus est, vt eâ verè crederet sensus & opinionis, hoc est intellectus, duarum facultatum & operationum tantopere distitari permissione esse, sanè is non minus, quàm Aristoteles, phantasia appellauit simulachrorum magistratam atque optinam; vim scilicet animæ illam, qua rei externe simulachrû & phantasma interius in nobis gignitur. Sed eam duplicem esse voluit; non re, sed ratione; nec tam animæ facultate, quàm opere. Alterâ phantasmatum, alterâ similitudinû productricem. Quod ex lib. 7. De Rep. licet cognoscere. Placet, inquit, primam partem vocare sententiam, secundam cogitationem, tertiam fidem, postremam imaginationem vel assimilationem. At cur eam ex sensu & opinione constare prodidit? Non id profecto affirmat, vt hanc illius naturam, essentiam ac definitionem poneret. Sed vt principia indicaret; ex quibus illa pendet, quibusque qualis sustentatur: modumque doceret, quo in nobis ea operatur. Neque de phantasia vniuersè, sed ad hominē contractè: in dialogo loquutus est. Immo ne in hominē quidem absolute; sed quatenus intellectui famulatur, aut ad cognoscendû, aut ad res cognitâs oratione ac sermone promendas. Cùm enim cogitationem, opinionem, & phantasia pronuntialet, tû veras in animis nostris effici, tum falsas: vt id intelligeretur, quid vnaqueque sit & quomodo ab aliis differat, exposcit.

**C**Ac primum cogitationem & orationem id esse accepit. Sed cogitationem dici, qua sine strepitu vocis secû ipse interius colloquitur animus: orationem autem, quæ per os pronuntiatione effluit. Deinde quod in oratione sunt affirmatio & negatio, hoc in cogitatione opinionem esse: interiore videlicet affirmationem animi aut negationem, qua ita esse aut non esse opinatur. Tum verò addidit; cum non per ipsâ, sed per sensum hæc passio accidat; hoc phantasia esse. quid inquam? Passio in anima facta per sensum. At nonne hæc ipsa est phantasia definitio, quæ mox adferet Aristoteles: Phantasia est motus factus in sensu actu. Vnde quiuis intelligat, eandem vtriusque philosophi de phantasia fuisse sententiam; eam inter sensum & opinionem seu cogitationem esse mediâ: illa obiecta externa sensibus primû suscepta transmittitur ad phantasia, atque ab hac cogitationi & opinionem, quæ cogitationis cõclusionem appellauit Platonem, hoc est intellectui, proponitur. Postremo ex his cõclusionibus oratio vera & falsa est, cogitationem quoque esse, quæ interior velut oratio animæ est. Atque adeo opinionem, quæ cogitationis cõclusio est, in qua opinio & sensus commissio reperitur. Quæ verba si de ipsa cogitationis cõclusionem intelligantur quem-